Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35083
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



nuis · et eius dispergent nos a terra.
Omnis homo qui venerit
ad nos in bello die sabbatorum pugnemus adversus eum et non morietur omnes sicut mortui sunt fratres nostri in occultis. Tunc congregata est ad eos synagoga asidaeorum fortis in bellis et erat omnis voluntarius in lege. Et omnes qui fugebant a malis additi sunt ad eos et fuerunt illis adfirmamento. Et collegerunt exercitum et percusserunt peccatores in ira sua et viros iniquos in indignatione sua et ceteri fugerunt ad nationes circumadiacentes. Et cognoverunt mathathias et anima eius et destruxerunt arma et circumcidentes pueros praeputiatos quotquot invenerunt in finibus israel in fortitudine et persecuti sunt filios superbiae et prosperatum est opus in manu eorum et obtinuerunt legem de manibus gentium et de manibus regum et non dederunt cornu peccatori. Tu. feria v.
Et appropinquaverunt dies mathathae moriendi et dixit filius suis. Nunc confirmata est superbia et castigatio et tempus eversionis et ira indignationis. Nunc ergo o filii emulatores estote legis et date animas vestras pro testamento patrum et memento opera patrum quae fecerunt in generationibus suis et accipietis gloriam magnam et nomen aeternum.
Abraham nonne in tentatione inventus est fidelis et reputatum est ei ad iustitiam. Ioseph in tempore angustiae suae custodivit mandatum et factus est dominus aegypti. Finees pater noster zelando zelum dei accepit testamentum sacerdotii aeterni. Iesus dum impleret verbum suum factus est dux in israel. Chaleb

dum testificatur in ecclesia accepit hereditatem. David in sua misericordia consentiens est sedem regni in saecula. Helias dum zelat zelum legis receptus est in caelum. Ananias azarias misael credentes liberati sunt de flamma. Daniel in sua simplicitate liberatus est de ore leonum et ita cognitus est per omnem generationem. Quia si spiraverit in eum non confundetur et a verbis viri peccatoris non timuerit. Quia gloria eius sternus et vermis est. Hodie exaltatur et cras non inveniatur qui consilium est in cinerem suum et cognoscat quia conversus est in terram suam et cognoscat quia conversus est in terram suam et cognoscat quia conversus est in terram suam